UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

E ante M

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

eliſi exanimatiq; ſunt. Uirg. geminoſq; pr̨emens eliſerit angues. Item elidere eſt colligere. Idem lib. iij. Terẽ. ſpumam eliſam ⁊ rorantia vidimus aſtra.

Eligo. is. pe. cor. vide in dictione. Deligo.

Elimino. as. pe. cor. extra limen eijcio: excludo. Actius. Egredere exi. efferte: elimina vrbe.

Elis ciuitas arcadię: iuxta quã Alpheus fluuius oritur. Hinc eleus. a. um. Uirg. lib. iij. georgi. Hic vel ad elei metas ⁊ maxima campi ſudabit ſpatia.

Elinguis qui ſine lingua eſt. Itẽ qui mutus eſt ⁊ loqui nõ põt. etiã ſi linguã habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.

Elinguo. as. linguã extraho: ſeu lingua priuo. Plau. in Aul. Si hercle ego tu non elinguandam dedero: vſq; ab radicibus: impero auctorq; ſum vt me cuius caſtrandum loces.

Eliquo. as. pe. cor. vide in dictione. liquo. as.

Eliſſa fuit nomen proprium Didonis. Nam dido lingua phęnicia latine virago dicitur.

Elimo. as. pe. pro. vide in dictione. Delimo.

Elixũ dr̃ aq̃ coctũ ꝙ lix ignis cinis appellat᷑. Nã cinere ollę ſuppoſito coq̃ ſolẽt carnes nõ aſſandę. Uar. ãt ꝑ trãſlationẽ calceos elixos ſcribit q̃ſi madefactos vt eſt caro quę elixatur.

Elixo. as. aqua coquo. Lauren. valla. Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

Elogiũ. teſtificatio de aliquo honoris vel vituperatiõis cã. Et aliqñ ſimplex teſtificatio ſniẽ vt Ci. Solõis q̃dẽ ſapiẽtis elogiũ eſt quo ſe negat velle ſuã mortẽ dolore amicoꝝ ⁊ lachrymis vacare vituperatiõis. Quĩti. Nõ ẽ iudices ꝙ putetis iõ nullũ adiectũ ad exhęredatiõez iuuenis elogiũ: q̃ꝛ de ſcelere ꝯſtaret. Honoris. Ci. in Cato quãta in quẽ illud elogiũ vini cõplurimi ꝯſentiũt gentes primariũ ciuitatis fuiſſe viꝝ. Sene. Deceſſit negociator teſtm̃ oĩum bonoꝝ ſuorũ reliquit formoſam hęredem ⁊ adiecit elogium: quia pudicaz comperi. Dicitur etiam elogius: ſicut Epithaphium ⁊ epitaphius.

Elychnium: dicitur funiculus ille papyraceus ſiue ſpartheus canabinu ſiue aut ſtupeus qui ſtans in oleo peruritur: quem et thryallida ⁊ phlomon quoq; gręci appellant. Ply. Et e medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.

Eloquor. pe. cor. ſignificat ſicut ſuuz ſimplex. Quintil. Eloquor cum oĩa quę mente conceperim promo. atq; ad audientes profero. Uirg. Eloquar an ſileam? Plau. in am. Reſq; vt facta eſt eloquar. Quaſi aperte loquar. Aliquãdo eloqui eſt dicere quod proprium eſt oratoris: a quo eloquentes dicũtur qui in dicendi ratione perfecti ſunt.

Eloquentia. Dictio ex omni parte perfecta totuz rhetoricę corpus ꝯtinet. Ab eloquens. Elocutio quę ab elocutum ſupino fit eſt idoneoꝝ verboꝝ ac ſniaꝝ adinuentionẽ accõmodatio

Eloquium mõ ſermonẽ: modo facundiã: mõ elogiũ ſigt̃ Plau. Dulci ac blando eloquio amicã ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus non nobis ſolis nos natos eſſe.

Elpes nomẽ ꝓpriũ Boetij vxoris. De q̃ epitaphiũ eſt: elpes dicta fui ſicl'ę regiõis alũna. Quã ꝓcul a pr̃ia ꝯiugis ęgit amor Quo ſine męſta dies: nox anxia flebil' hora. Nõ ſolũq; viro. ſpũs vnus erat. Lux mea nõ clauſa ẽ tali remanẽte marito. Maioriſq; aĩę ꝑte ſupſtes ero. Porticib⁹ ſacris iã nũc peregrina q̃eſco. Iudicis ęterni teſtificata thronũ. Neue manus buſtũ violet ne forte iugal'. Hęc iteꝝ cupiat iũgẽ mẽbra cinis

Elongo. as. longe facio remoueo: vt elongaſti a me amicum et proximum. Aliquãdo protraho differo. Ply. Quo maxime tempore dies elongantur.

Elonginquo. as. idem quod elongo. Aug. Domine ne elonginquaris miſericordias tuas a me.

Elorus. pe. ꝓ. ſicilię vrbs ab eloro amne q̃ cãpis ſupfũdit ſicut nilus dicta ꝓxime pachynũ ĩ quo piſces cibũ manu capiunt vt teſtat᷑ Ply. lib. xxxij. De hoc Sirius Sidonius drepane atq; vnda clamoſus elorus. Uirg. lib. iij. exupero prępingue ſolũ ſtagnantis elori. Sunt tñ qui hoc nomen aſpirent.

Elpenor. pe. produ. nomen comitis Ulyſſis qui a Circe cũ alijs ſocijs in porcũ cõuerſus fuit. Iuue. Et cũ remigib⁹ gruniſſe elpenora porcis. Home. facit li. xj. odyſ. ꝑ necromantiã iterfecti elpenoris Ulyſſez ire ad iſeros. ε λπηνορ δε τις εσκε νεωτατος ουτετι λιην αλκι μος ευπολεμω ⁊ ſubdit αλλα κατ αυτι κρυ τεγεος πεσεν κδεοι αυχην αστραγαλων αγη ψυχη δ αιδος δε κατηλθε.

Elucũ. pe. ꝓ. languidũ vel hallucinatorẽ: aut nugarũ amatorẽ ſiue balonem: hoc eſt heſterno vino languentem.

Elucifico. as. luce priuo.

Eluceſcere ſigt̃ valde lucidũ fieri. Hier. qd̃ vt clarius eluceſcat ſumamus exemplũ ab his corporalibus ſenſibus.

Eludo. is. pe. produ. manifeſte ſeu perfecte derideo decipio. Ci. Sed vos ab illo irridemini ⁊ ipſi illum viciſſim eluditis: eſt ⁊ eludere vt Do. ſcribit ludo finem dare. Teren. in eunu. eludet vbi te victum ſenſerit.

Elumbus. ⁊ elumbis: qui euulſum habet lumbum: vel qui plibi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Elugeo. es. pe. pro. Uide in dictione lugeo.

Eluo. is. elui. elutũ. ſigt̃ lauo ſeu lauãdo exhaurio: eẋ purgo. col. lib. j. qd̃ ẽt venenati liquoris eluit ꝓniciẽ. Idẽ villica dꝫ curã adhibere vt ſi q̃ fęces aut amurce iſundis vaſoꝝ ſubſederint ſemel ſtatim emundent᷑: ⁊ nõ calidiſſima lixiua ne vaſa ceri remittãt ſemel atq; iteꝝ eluent᷑. Lac. lib. v. quanto ſatius eſt mentẽ potius eluere q̃ malis cupiditatib⁹ ſordidat᷑. At eluare eſt gulę inſeruire ſeu luxurioſe effundere. Ci. pro Sex. qd̃ tu meo periculo gurgis ac vorago patrimonij eluabare.

Eluuies. Uide in dictione. Alluo. is.

Eluto. as. penul. pro. exprimo extra mitto: foras aquã colo: ſeu quid ſimile ex luto aut alia re fęda. Uirg. lib. ij. georgi. aqua elutabitur omnis. i. exprimetur.

Elutrio. as. de vaſe ⁊ in vas tranſſero: quod quidem ⁊ trãſfuſo dicitur: ſꝫ rarius. Forte a lura: quę os culei eſt. Uñ Lurcones capacis gule homines.

Elurus. pe. ꝓ. aĩal: a gręcis dictus apud latinos felis. Gel. li. xx. Elurorum quoq; oculi ad eaſdem vices lunę maiores fiunt aut minores ſcribuntur cum diph. Aelurus de quo ſupra.

Eluſco. as. Uide in dictione Luſcus.

Elyſium cum. y. locus quem alij inferiorum ſuis fęlicitatibus plenum: alij fortunatas inſulas. Alij circa lunarem circulum dicunt: vbi iam aer purior eſt.

E ante M

Emancipo. as. pe. co. manumitto libero. Uñ emancipati q̃ duobus modis intelligunt᷑. Aut hi ex pr̃is iure exceſſerũt aut hi alioꝝ fiunt dñij. Aliqñ emãcipatus idẽ eſt qd̃ deditus: ⁊ veluti in mancipiũ adſcriptus. Cic. in Cato. Itaq; ſenectus nimis honeſta eſt ſi ſeipſam defendit ſi ius ſuum retinet ſi nemini emancipata eſt: ſi vſq; ad vltimũ ſpiritũ dominatur in ſuos. Qui emancipat dicitur emancipator.

Emanſor dr̃ qui diu vagatus ad caſtra regreditur: ſicut Deſertor qui per tp̃s longũ vagatus reducitur. Erroneus qui nõ quidã fugit: ſed frequenter ſine cauſa vagatur: ⁊ tẽporibus in res vngatorias conſumptis ſeruus ad dñm redit.

Emano. as. pe. pro. extra mano exeo. Col. lib. vij. Et ſale cũ adipe defricatur dum ſaniei vis emanat.

Emargino. as. penultima correpta. ſignificat cruſtas ⁊ pulullos ⁊ oras vlcerum adimo.

Emaus. cuius Lucas in euangelio meminit eſt quę nunc Nicopolis inſignis ciuitas palęſtinę: apud quã in fractione panis cognitus dominus eſt.

Emaſculo. as. caſtro eunuchizo.

Emat ciuitas quę nũc Antiochia noĩatur: ⁊ duę ſunt vt inquit Hiero. Magna. ſ. ⁊ minor. Magna Antiochia. Minor appellatur. Epiphania. Unde vſq; hodie ꝑgentibus meſopotamiã prima manſio. Emas corrupto q̃dem vocabulo ſed priſtini noĩs veſtigia retinens. Cuius regio appellatur Reblata in qua pręſente Nabuchodonoſor regis iudę. Sedechię interfecti ſunt filij: ⁊ oculi eius excęcati. Hemath võ in principio aſpiratum: regio allophilorum eſt.

Emaciatus. a. um. ab emacio. as. quod eſt macrum. Col. lib. ii. de Medica herba. Deinde quater; interdum etiam ſex

demetitur: ꝙ agrum ſtercorat: ꝙ omne emaciatuȝ ex ea pingueſcit ęgrotanti pecori remedium eſt ꝙ iugerum eius toto anno tribus ęquis abunde ſufficit.

Emathia. regio in Macedonia: quę alio noīe pharſalia dicta eſt ſeu campi philippici. Dicta emathia ab Emathione rege fratre. Memnonis qui fuit filius Auroræ ⁊ Tithoni.

Embāma. atis. cōdimētum qđ ad ꝯdiēda opſonia fit εμβαμμα καὶ εμβαπτίζω λεγεται. Col. Hoc ſinapi ad embāmata nō ſolū idoneo ſȝ ēt ſpacioſo veteris. Quidā embāmata ītelligūt īmerſiones qn̄ ītingimus vel panē vel opſoniuȝ ī vaſculis repletis re liq̄da: a greco εμβαπτειν. fieri vr̄ qđ eſt īmergere ītingere. Vn̄ ⁊ latine ītinctus. Emblemata ſūt opera q̄ ex teſſerulis ſtructa ſūt q̄le eſt muſeatū in parietib⁹ ſeu pauimentis: ⁊ tarſeatū in lignis του εμβαλλωατω qđ eſt iterſero. Emblematū quędā dn̄r v̄miculata ſiue muſeaca: vt q̄ in parietibus fiūt: quędā Segmētata q̄ in lignis: ⁊ quędā theſſalata q̄ in pauimētis. Sępe cōfunduntᷣ. Vn̄ a quibuſdā accipiuntᷣ emblemata ꝓ ſigillis ex auro vel argēto vaſis ipręſſis illigatiſqȝ. Ci. de ſignis taxat verrē ꝙ viȝ emblematū coaceruauerit q̄ oīa vaſis ſiculoꝝ cęlatis īpudēter abſtulerat. Virg. Cratera impręſſum ſignis a gręco εμβλεω imprimo vel infigo. Ply. li. xxxiij. Vlyſſes ⁊ Diomedes erant imphialę emblemate palladiū ſurripientes.

Emboliū απο εν καὶ βαλλω. vn̄ emboliaria mlr̄ dr̄ q̄ſi argumētū ⁊ igreſſus q̄dā ſcenicis q̄le ſub Domitiano rep̄ſentatū eſt ſi Martiali credimus victā Paſiphaen dictęo credite tauro vidimus accepit fabula priſca fidē. Ci. ad Atticuȝ Emboliū nouū cogito. Idē ꝓ Sex. Ille inq̄t ipſe maxime ludiis non ſolū ſpectator ſȝ actor ⁊ Acroama q̄ oīa ſororis embolia nouit. Qui in ideȝ mulieri ꝓ pſalteria inq̄t adducitᷣ: vt ridiculi ſint q̄ emboliariā ex artis gn̄e accipiūt. Vn̄ etiā emblemata q̄ſi ab īterſerendo: vt q̄ phrygionū opus aut plumati. Ele ꝯficiat. Dicitᷣ ⁊ ſtabilitas ipſa embolon: ⁊ roſtra quoqȝ nauiū appellantᷣ emaola. Sȝ ⁊ acies in rumbi mō inſtructa nomīatur embole: ſicut ⁊ pars arietis extrema machinę muralis q̄ ingruit. Ipſa quoqȝ fibula rotaꝝ axibus firmandis īmitti ſolita quā ruſtici clauiculā appellant gręce nomē habet emboliū. Nam ⁊ dies intercalares embolimęi: ⁊ ipſa intercalatio emboliſmus appellatur.

Embryo. Gręce. εμβρυων εμβρυωνος τοπαιδαριον εν τη μητρα. neu. genere. dicunt pro intus germinante ac ſcaturiente: ⁊ accipitur pro eo quod in vtero matris viuit ante q̄ȝ liniamenta ſuę ſpeciei accipiat ex εν quod ſignificat ītus: ⁊ βρυω germino emano.

Emereor. māifeſte ſeu perfecte mereor: aut ſolutus liberue ſum Vnde Emeriti ſtipendia qui militia ꝑfuncti ſunt ⁊ vacationē habentes. Lact. lib. iiij. Etenim cū conſtet hō ex carne ac ſpū: ⁊ oporteat ſpūm iuſtitię operibus emereri vt fiat ęternus. Clau. lib. ij. Ducūt emeritos ad paſcua nota iugales.

Emerita Auguſta. hiſpanię oppidū eſt: ad luſitaniam ſpectans

Emedullo. as. per duplex. ll. vide in dictione Medulla.

Emendo. as. corrigo aufero. ⁊ emenda deducitur. Ply. li. xxiiij. Succus hędere tedia nariū graueolētiāqȝ emēdat pręcipue albę ſatiuę. Hier. ad Aug. Et vel noſtrum emendemus errorem vel alium fruſtra reprę̄ndiſſe doceamus.

Emēdico. as. pe. pro. ſignificat more mendicantiū expeto. Sue. in Cęſa. In hiſpania a proconſule ⁊ a ſocijs pecunias accępit emendicatas in auxilium ęris alieni.

Emergo. is. ſi. ſum. Vide in dictione Mergo.

Emitto. is. extramitto. Hora. Neſcit vox emiſſa reuerti. Vnde ⁊ emittere ponitur pro manifeſtare publicare. Item emittere: eſt a ſeruitute librare. Plau. in cap. Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Teren. in adel. Haud dubiū eſt quin emitti ęquum fiet. i. liberum fieri.

Emiſſarius. q̄ ante exercitū emittitᷣ: vel ad exploranduȝ: vel ad ꝑliū. Laceſſendū: vel q̄ dn̄m circūſtat vt eius iuſſu obtemperet: ⁊ ꝑſto eſt vt emitti poſſit. Hier. in li. R. Et ait rex emiſſarijs q̄ circūſtabant eū. Itē qui paratus eſt inuehi in aliquem emiſſarius dr̄ Ci. Mario. Perſuaſeratqȝ nōnullis inuidis meis in me emiſſariū ſemꝑ fore. Itē emiſſarius ſicut Aſco. docet: eſt furtoꝝ ꝯciliator atqȝ internuncius q̄ a magr̄atibus vel a dn̄is cōmittuntᷣ. Ci. in ver. acti. v. Dubitaturū quenq̄ȝ exiſtimas q̄n illis emiſſarijs hęc tibi oīs pecunia q̄ſita ſit: et emiſſarius vocatᷣ ęquus aries ⁊ hmōi q̄ emiſſus ſit in ſolitudine: vbi q̄ ad gerendā ſobolē emittitur. Sed videtᷣ rō velle vt dicatᷣ. Admiſſarius ꝙ ad ſobolē procreandā fęminę adiungat. Vn̄ admiſſura qn̄ mares brutorū admittuntᷣ: ad fęminas. Sed vſus magis emiſſarius hȝ. Hiero. in Leui. Cui⁹ exierit ſors dn̄o offeret illū pro peccato. Cuius aūt in capraȝ emiſſariū ſtatuet eū viuū corā dn̄o. Ply. emiſſariū appellat palmitē: qui miſſus ex deputatiōe infertᷣ imis ſcamnis ac ꝑ ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic enim lib. xvij. ſcribit. Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis ⁊ emiſſario vno qui ſubeat vſqȝ quo placuerit.

Emiſſariū. locus per quē aqua e lacu aut ſtagno emittitᷣ. Sue. Fecit ⁊ emiſſariū fucini lacus: portūqȝ hoſtienſem.

Emaneo: extra maneo a quo emāſor: de quo ſupra habitū eſt.

Emineo. es. pe. cor. eminui q̄ſi extra alios vt alijs ⁊ ſupra alios maneo. Is enī eminere dr̄ qui cęteris altior ē. Aug. lib. viij. ci. dei. Tales ph̄s vt ſucceſſores ēt propagaret rex nām ſcrutatus: ſuaſqȝ diſputatōes lr̄is mandās eminuit. Interdum emittere eſt reſpirare. Plau. in cap. Ita me miſerū reſcitando retinēdoqȝ laſſum reddiderunt vix ex gratulando miſeriā eminebā tādē alij ad p̄torē: ibi vix requieui. Huius v̄bi cōpoſita ſunt. Pręemineo vel Pręmineo qđ eſt ante ſto p̄ſum q̄ſi ante alios maneo. Hier. Non quęrat obſecro filia regis filiam militis p̄minere pompis terrenis in chriſti ⁊ aplorūȝ conſortio. Promineo: porrigor ſuperemineo.

Eminus. pen. cor. ſignificat a longinquo loco: q̄ſi ab extra manente. Et differt a longe ꝙ non recte dixeris. Eminus habito: vt longe habito. Sed eminus iacula mittebat. Similiter cominus a loco propinquo non in loco ꝓpinquo neqȝ ꝓpe vt Cominus te percutiam: non cominus ſedeo.

Eminulus. pe. cor. parū eminēs. ſeu parū a lōge. Var. Vt hēant inferiorē partē frequētib⁹ pilis ſub criſpis cruribus potius minoribus rectis genib⁹ eminulis diſtantibus inter ſe. idem de canibus. Spina neqȝ eminula neqȝ curua. cauda craſſa.

Emmanuel per duplex. mm. interpretatur nobiſcum deus. Gręce. εμμανυηλ λεγεται.

Emolumentū: vtilitas quā ex opera ⁊ labore aſſequimur. Et a molimine deſedit. Ci. li. iij. offi. Si ſic erim⁹ affecti vt ꝑꝑ ſuū q̄ſqȝ emolumētū ſpoliet aut violet alteꝝ dirūpi neceſſe ē eā q̄ maxime ſecundum naturā humani generis ſocietatem.

Emo. is. emi. emptū. cōparo. Cōſtruitᷣ qȝ cū abltō vel gtō horū nominū. tanti quanti pluris minoris ⁊ huiuſmodi. Ci. li. iij. offi. Emit homo cupidus tanti quāti pythius voluit Gelius libros plurimos ęre pauco emi eius compoſita ſunt Abemo ademo coemo. ſi̇̄ emo vl̄ ex oībus locis emo. Eximo. Interimo operimo: ⁊ redimo: quę habent pe. cor.

Emptito. as. pe. cor. frequenter emo vel frequenter: mercandi ſeu acquirendi vſum habeo. Ply. lib. xxxiij. Alios corijs: alios ferro captiuiſqȝ rebus emptitaſſe tradit.

Emptitius: q̄ ē de numero eorum q̄ empti ſunt: ſiue emi ſolent Hiero. in geneſi. Oē maſculinū in gn̄ationibus vr̄is tā vernaculus q̄ȝ emptiti⁹ circūcidetᷣ. Var. li. iij. de re ruſ. Hic apꝝ glans cū paſcit emptitia facit pinguē: illic gratuita exilem.

Emax gn̄is cōis: q̄ vel quę facile inclinatur ad emenduȝ. Hinc Emacitas facilitas ⁊ inclinatio voluntaria emendi. Col. lib. v. Quoſdam emacitas in armentis: quoſdā exercet in cōparandis mancipijs curā. De tuendis nulla cura tāgit.

Empiſthotonus. Vide in dictione Tetanici.

Emptorium locus mercatus ⁊ Nundinarum latine dr̄ Emptorium vbi res vęnales exponuntur απορίζω quod eſt mercor vel acquiro. ab ex εμπορεω lucror negocior emporos mercator. Emporeuma. atis. negociatio εμποριον εν καὶ πορευω ago duco.

Emporetica charta dicta eſt qua merces inuoluuntur a mercatoribus inutilis ſcribendo.

Empedocles.pe.coꝛ.nomē phi: qui vt auctoꝛ eſt Hiero. Omne qḋ viuit ⁊ moueť non putauit edendū ſicut ⁊ Pythagoꝛas ⁊ ex lite amicitiaq́ꝫ inter ſe diſſidentibus cuncta ꝯſtare dixit Ferūt hunc Agrigentinū fuiſſe q̇ cū lacū ętnę mōtis inueſtigare ꝯtenderet: decidit in fouē igneam ⁊ incendio ꝯſumptus eſt. Hic ſapiētię p̄cepta verſibus cōplexus eſt: de quo Lucr. Carmina quin etiā diuini pectoꝛis eius vociferanť: ⁊ exponunt p̄clara reperta: vt vix humana videať ſtirpe creatus. Quid de dijs ſentire ita ſcribit Suidas. θεῶν τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὕτω τοῖς ἀνθρώποις γινώσκειν δῆλοι τὸ χαίρετε ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητὸς καὶ ἤδη γὰρ ποτε γὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε καὶ θάμνος οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Emphaſis.pe.coꝛ.expꝛęſſio ſignificatio. Demōſtratio. Figura eſt qua latens aliquid ex aliquo dicto eruiť. Cuius duo ſunt genera. Alteꝝ qḋ plus ſignificat q̃ꝫ dicit. Alterū qḋ etiam id qḋ non dicit: vel cū maius dicit ſub quo etiam minus volumus intelligere. Uirg.lib.j.geoꝛ. Cū iam ſacrę deficerēt ſyluę: hoc eſt non ſolum alię ſed etiam ſacrę.

Emphaſis.pe.coꝛ.figura cum ex aliquo dicto: aliq̄d latens eruitur. Duo eius genera ſunt. Alterum quod plus ſignificat q̃ꝫ dicit. Alterum quod etiam id quod non dicit.

Empyreū latine Jgneū. a πῦρ qḋ ē ignis. Uñ cęlū empyreum

Empanda veterum dea quę rebus patentibus p̄eſſe putabať.

Empirici.pe.coꝛ.dñt medici in arte experti. Empiricus experimentatoꝛ ab ἐμπειρία qḋ eſt experimentū ἔμπειρος expertus ἐμπειρική pars medicine eſt quę per experientiam curat. Sunt enī q̇ medicinā diuidāt in empiricen: logicem: ⁊ methodicē. Apollinaris ad Remigiuꝫ. Ad hoc opoꝛtunitas in exemplis fides in teſtimonijs: pꝛopꝛietas in empiricis vꝛbanitas in figuris: virtus in argumentis: pōdus in ſenſibus flumen in verbis: fulmen in clauſulis.

Emphonos.pe.pꝛo.latine canoꝛus vocalis.

Emplaſtrū.latinę fictū vel īfoꝛmatū ex ἐν p̄poſitiōe quę ſignificat in ⁊ πλάττω fingo ſeu foꝛmo. Uñ ex diuerſis reb᷒ cōfingi ⁊ foꝛmari ꝯſueuit qḋ nunc vulgo vnguentū d̾r. Jd v̾o qḋ vulgo emplaſtrū d̾r a doctis vocatur cataplaſma. Jmponunť emplaſtra vulneribus. Malagmata ſuper integrā cutem iniſciuntur. Paſtilli aut illinuntur aut alicui molliori cęratone miſcenť. Sunt ⁊ alia hoꝛum inter ſe diſcrimina.

Emplaſtratio in arboꝛib᷒ d̾r cū coꝛtex eximiť in occultationis gr̄a vt aptari q̄at coꝛtex par ex altera arboꝛe. Col.li.iij. Tertiū cū gēmas nō exiguo coꝛtice in partē ſui delibꝛatā recipit quā vocāt agricolę emplaſtrationē. Jdem lib.vj. Tertiū genus quo ipſas gęmas cū exiguo coꝛtice in partē ſui delibꝛatam recipit quā vocant agricolę emplaſtrationē volunt quidam in occultationē. Jdem vſurpauit. Emplaſtratur᷒ cū ait Delibꝛato item alterā arboꝛē quā emplaſtraturus eſt.

Empꝛoſthoton. Uide in dictione Opiſthoton.

Emungo.is.xi.ctū. nares purgo qḋ fit cū pꝛius ex eis detrahiť Mungo eniꝫ eſt q̄ſi mucum ago e naribus. Mucus v̾o eſt narium humiditas. Hoꝛa.p tranſlationē de Lucilio. Emunctę naris inquit pꝛo elegenti ⁊ faceto. Emungere lucernā dicimus lychnum pꝛoferre. Quandoq́ꝫ etiam de pecunijs diciť. Teren. emunci argento ſenes.i.exhauſi.

Emunctoꝛium inſtrumētum ad emungendum. Hiero. in exo. emunctoꝛia quoq́ꝫ ⁊ vbi ea quę emuncta ſunt extinguntur fiant de auro puriſſimo.

Emuſicata. quid ſignificet. Uide in dictione amuſſis.

E ante N

En.ſig̃t ecce: ⁊ ntō pariter ⁊ actō iungiť vel īdicādo: vt en pꝛiamus: vel expꝛobꝛādo: vt en agros: ⁊ quā bello troiane petiſti heſperiā metire iacens. Oꝛatoꝛes per ntūm frequentius. Ci. en crimen: eſt ēt en p̄poſitio gręca quę ſignificat in.

Enantrophęſis. Jncarnatio hominis.

Encęnia.cū.ę.diph. Jnnouatio: ab ἐν ⁊ καινίζω nouo. Augu. encęnia feſtiuitas erat dedicationis templi. Gręce eni καινὸν dicitur nouum. Qñq́ꝫ enim nouum aliquid fuerit dedicatum encęnia vocatur. Jam ⁊ vſus habet hoc verbuꝫ: ſi q̇s noua tunica induatur encęniare dicitur.

Encauſtes: qui igni adhibito aliquid fingit ἀπὸ τοῦ καίω μ. καύσω λέγεται καὶ ἐγγίνεται.

Encauſtum opus igni pictum. Ply. Figulinum opus encauſto pinxit: latine dicitur Jnuſtuꝫ hoc genus picturę pꝛimus Nicia in vſum habuit. Hinc oꝛtum vt vulgus attramentum libꝛarium appellare cęperit encauſtum.

Encanthis. moꝛbus oculoꝛum cum in ipſoꝛuꝫ angulo: tuberculum eſt quod palpebꝛas parum diduci patitur.

Enchiridion. diminutiuū a manu dictū q̄ſi pꝛomptuariū: ⁊ qḋ ad manum ſp̄ haberi debeat ceu in enſe capulus: gn̄is libelli parui qḋ manuale latini dicunt ꝙ ἐν χειρί.i. in manu ꝯtineri poſſit: quale eſt libellus Auguſtini qui gręce enchiridion latine Manuale d̾r. Sed gladiolum ſeu militarem pugniculum ſignificat ⁊ remi partem illam quā naute manu cōpꝛęndunt enchiridion vocari. Jul.pol. tradit.

Encliſis inclinatio ⁊ vnū de accidētibus verbi quod latini modum dicūt. Hinc encliticum: inclinatiuuꝫ. Unde enclitice cōiunctiones. q́ꝫ. ve. ne. quoniā inclinant ad ſe accentum.

Encyclopediā: alij poeſim heroicā appellāt. Alij muſicen ꝙ muſica oēs cōplectať diſciplinas. Qḋ oñdit Plō.li.j. de legibus dicēs muſicā ſiue vniuerſa diſciplina tractari nō poſſe. Alij omnē artē atq́ꝫ ſcientiā in vnū quaſi coꝛpus bñ compactuꝫ: ⁊ membꝛis pluribus ꝯſtans confluenteꝫ encyclopedian dici volūt. q̄ſi doctrinā oꝛbē: vt apud Plutar. vbi de muſica ſcribens inquit. Non ſolū circa muſicā veꝝ ⁊ circa aliā encyclopedian ꝙ mens noſtra potentijs intelligendi circulariter circa ſcibile tanq̃ꝫ circa centrum moueatur.

Encyclias. Ariſtoteles in ethicis cōmentatiōes ītelligit q̄s Gellius extrarias: hoc ē exotercas. Martianus Cyclicas cuiuſmodi ⁊ pꝛoblematū ſūt libꝛi ⁊ q̄ pplares a Cicer. ac Themiſtio q̄ōnes appellāt: ꝙ de rebus oībus tanq̃ꝫ in circulo paſſim quęreret. Encyclias quoq́ꝫ doctrinas veteres dicebant quaſi oꝛbiculares: qm̄ cōnexę ⁊ coagmētatę ſunt vti coꝛpus vnū Annuū etiā ſtipendiū. Encyclium dicitur: ꝙ in ſua terga voluatur annus. Alij exponunt encyclium. pꝛo pęna.

Enchꝛiſta apud Celſum medicamēta ſūt liq̄da quę illinuntur.

Enchꝛyphia dicuntur Azima ſubcinericia. Amb. lib. de Caim. Tenuerunt ⁊ patres qui coxere conſperſum quod extulerāt de ęgypto ſubcinericia faciētes azyma quę gręce encryphia dicuntur eo ꝙ abſcondantur in cinere.

Encolpię vt ait Ariſt. venti ſunt qui e mari veniunt per ſinus.

Endelechia p.d. vt Ci.li.j.tuſ. ſig̃t ꝯtinuationē ⁊ perpetē quēdā actū ſiue motionē qualis in aīa cognoſciť. Endelechiſmos cōtinuata mobilitas. Entelechia v̾o per. t. ſignificatur perfectio quędam ⁊ conſumatio: ⁊ Entelechꝭs perfectus.

Endiadis. figura cum duo diuerſa nomina in vnam conuenientiam iunguntur: vt apud Uirg. Molemq́ꝫ montes inſuper altos.i. molem montium.

Endromis.idis. veſtis gallica hirſuta ⁊ villi lōgioꝛis nomē tñ grecū ſoꝛtita q̇ potiſſimū arcēdo frigoꝛi conueniebāt. Juue. Endromydas tyrias ⁊ fęmineū cęroma. Mar. Hāc tibi ſeq̄nice pinguē textricis alūnam. Quę lacedęmonium barbara nomen hꝫ ſoꝛdida ſed gelido non aſpernanda decēbꝛi dona peregrinā mittimus endromyda. Hanc athletę poſt curſus certamina induere ſolebant. Dicta endromis ꝙ ἐν δρόμῳ hoc eſt in curſu eam habeant.

Endymion: nomen pꝛopꝛiū eius q̇ pꝛius lunę curſum inuenit. Apollonius.lib.iiij. argonauticoꝛū οὐκ ἄρ᾽ ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω οὐδ᾽ οἴη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι scribūt āt rē mirādā theon lucillus ⁊ ſophocleus īterpꝛętes apollonij his verbis ἐν δὲ ταῖς ἠοίαις μεγάλαις λέγεται τὸν Ἐνδυμίωνα ἀνενεχθῆναι ἀπὸ Διὸς εἰς οὐρανὸν ἐρασθέντα δὲ Ἥρας εἰδώλῳ ἀπατηθῆναι τὸν ἔρωτα νεφέλης καὶ ἐκβληθέντα κατελθεῖν εἰς ᾅδου.

Endeploꝛo.as.pe.pꝛo. Jmploꝛo quod eſt cum q̄ōne inclamo